Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cc liiij.

illa hora to loquamini, Non enim uos estis loqu tes: sed spiritus. Tradet autem frater fratrem in mor tem, et pater filium: et consurgent filij in pa rentes, et morte afficient eos. Et eritis odio omib ppter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit. Mirabilis deus in sanctis. offert sius deus israel tribuens plebi suae. secret Plebis tuae domine munera benignus intende quae maiestati tuae pro sanctorum merit tuorum. et in solemnitatib sunt dicenda. P. cō. Iustorum animae in manu dei sunt et non tanget illos tor mentum malitiae nisi sint oculis insipientium mori illi autem sunt in Quesumus. per cō pace; domine salutaribus re plenti mysterijs. ut quorum solemnia celebramus. eorum orationib adiuuemur. P.

in festo confessoris pontific.

Statuit ei dominus testamentum pacis et prin cipem fecit eum ut sit illi sacer dotij dignitas in aeternum. ps. Misericordias domini in aeternum cantabo. Exaudi qs domine. Oratio. Preces nostras quas in sancti N. confessoris tui atq; pontificis solemnitate offerimus, et qui tibi digne meruit famulari, a suf fragantib mineis ab omib nos absolue pietis. sapie. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inuentus est iustus: et in tempore ira cundie factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi: et testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit